



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Epistolai tu hagiū Isidōru tu Pēlusiōtu**

**Isidorus <Pelusiota>**

**Parisiis, 1585**

Pansophio. 371.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71898)

ferunt: atque ut ea, quæ opus est, scribam, necessitate adducor. Nam siue pater sum, ut ipse ais, condemnationem Heli pertimesco, propterea quod peccantes filios non castigavi: siue, ut potius persuasum habeo, filius tuus sum, quippe qui magni illius Marci speciem atque habitum præferas, angorem mihi ac sollicitudinem affert Ionathæ pœna, quia patrem Pythonifan quarentem minimè prohibuerat, ob idque ante eum, qui scelus admiserat, is qui prohibere poterat, in bello interiit. Quamobrem ne & ego condemner, & tu diuinum iudicium subeas, simultates ac diffidia comprime. Ne priuatæ ac domesticæ contumeliæ ultionem, qua tanquam ære quodam alieno à mortalibus obstrictus es, in viuentem Ecclesiam deriuas, atque æternam ipsi diffensionem pietatis specie atque obtentu compara.

Pansophio. 371.

Si Marcionicæ impietatis patronus, illud, quod apud eos Euangelium appellatur, præterdit, accipe ac lege: statimque in ipso principio scelus eorum reperies. Eam enim generis recensionem quæ à Dauide & Abrahamo ad Christum delabitur, refecerunt. Ac paulò longius progressus, aliam rursus eorum improbitatem animorumque peruersitatem conspicias. Comuratis enim his Domini verbis, Non veni destruere Legem aut Prophetas, sic effecerunt: Quid putatis? Quod venerim, ut Legem ac Prophetas adimplerem? Veni ut euerterem, non ut explerem. Hinc autem intelliges, quonam pacto inimicitiam inter duo testamenta moliantur, Christum à Lege alienum esse confingentes.

Ιωσηφ. 372.

Pulchrè quidem cœpisti fortis animi specimen exhibere: at non item nunc quoque ut ad nos affertur. Verùm similis es iis, quæ in petra sata sunt, ac statim quidem exorta sunt, verùm fructuum tēpore

δείγματα, καὶ γράφειν τὰ πρῶτα ἀναρχαζομυ. εἴτε γὰρ πατήρ εἰμι, ὡς ἔφης αὐτός, διὰ τῆς Ἡλὶ πλὴν κατὰ κρισιν, ὅτι τοὺς υἱοὺς ἀμαρτῶντας οὐκ ἐσωφρόνισεν· εἴτε υἱός σου τιμῶμαι, ὡς μάλλον ἔπισταμαι, τὸν μέγαν ἐκείνον χηματίζοντος Μάρκον. ἀγωνία τῆς Ἰωνάθαν τὸ ἐπιτίμιον, ὅτι τὸν πατέρα ζητήσασα ἐγγραφίμυθον οὐκ ἐκάλυσε· καὶ ὑπερτερος τῆς ἀμαρτήσαντος, ὁ καλύσαι διωάμυθον τῆ γηκεν εἰς τὸν πόλεμον· ἵνα τοῖνυ καὶ γὰρ μὴ κατακρίθω, καὶ αὐτὸς παρὰ θεοῦ μὴ κριθῆς, παῦσον τὰς ἐειδὰς· μὴ οἰκείας ὑβρεως ἀμυαν, ἢν παρὰ θηητῆς κεχεώσασαι, πλὴν ζῶσαν ἐκκλησίαν μεθόδευε, καὶ ἀγιόνιον αὐτῆς διχρόσιαν ἐν προσχηματι εὐσεβείας κατασκευάζε.

Πανσοφίω. τοα.

Εἰ προσίχεται ὁ τῆς Μαρκίωνος σὺνήγορος βλασφημίας, τὸ παρ' ἐκείνοις ὄνομαζόμενον εὐαγγέλιον λαβὼν, ἀνάγνωθι, καὶ εὐρήσῃς εὐθὺς ἐν προσημίσι πλὴν ἀποπῆαν· αὐτὴ γὰρ πλὴν καταργουσαν ἔπι Χριστὸν ἀπὸ Δαβὶδ καὶ Ἀβραάμ γενεαλογίαν ἀπέπεμυθον· καὶ μικρὸν ὑπεροπῶν ἄλλην ὄψε κακρόσιαν· ἀμείφαντες γὰρ πλὴν τῆς κείας φωνῆς. Οὐκ ἦλθον, λέγοντος, καταλύσαι τὸν νόμον ἢ τοὺς προφήτας, ἐποίησαν, τί δοκεῖτε; ὅτι ἦλθον πληρῶσαι τὸν νόμον ἢ τοὺς προφήτας, ἦλθον καταλύσαι, ἀλλ' οὐ πληρῶσαι· ἐκ τῶν δὲ εἰση, ὅπως ἔχθησαν ταῖς δυοῖς Διαθήκαις κατασκευάζουσι, ζέοντες εἶναι τῶν νόμων τὸν Χριστὸν χειροφύσαντες.

Ιωσηφ. τοβ.

Καλῶς μὲν ἤρξω τὸ ἀνδρίζεσθαι, ἀλλ' ἐγὼ καὶ νῦν, ὡς μαθήνομυθον, ἀλλ' ὁμοίος εἰ τοῖς ἀπαρεῖσιν ἔπι τῆς πέτρας, εὐθὺς μὲν ἐξαυτετέλασιν, ἐν δὲ χειρῶν καρπῶν ἀτονήσασαι. καὶ δὲ τὸν  
τθ